et transfundere qua quidem cessio iuris transfusio postea quam
coram Actis quibuscumque authenticis Regni facta et reco-
quita fuerit nos eam ratam et gratam habituri sumus vigo-
re cuius cessionis et consensus nostri predicti Harasimowie pre-
dictum Molendinum cum omnibus agris pratis campis pascuis ali-
isque omnibus attinentiis et pertinentiis tenebunt habebunt et possidebunt
quilibet ex pro sorte et interesse suo ad extrema vitae
suae tempora promittimusque pro nobis et Serenissimis suc-
cessoribus nostris non esse nos praenominatos Charasimow ab
usu et possessione dictorum bonorum auctores aut alienatores sed
salvum et integrum ius advitalitium ipsis conservaturos
et Serenissimi successores nostri conservabunt post mortem vero
ipsorum non prius praefatum Molendinum ad nostram successorumque nostro-
rum dispositionem redibit quam summa in Litteris originalibus
expressa vel ex taxatione commissariorum arborum proveniens suc-
cessori eorum integre numerata et pluta fuerit Iuribus nostris
regalibus Reipublicae et Ecclesiae Catholicae salvis in
cuius rei fidem praesentem manu nostra subscriptam sigillo Regni
communiri mandavimus Datum Leopoli die XII Mensis
Octobris Anno Domini MDCXXXIV Regnorum nostrorum Poloniae
II Sueciae vero Anno III. Vladislaus Rex Petrus Tem-
pulicki Secretarius Regiae Maiestatis manu propria.

Actum in Castro Praemisliensi
Feria Sexta Ante Festum San-
ctorum Simonis et Iudae Apostolorum
26/x Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Tricesimo Quinto.
1635 Swiechowski Swiechowskiemu Donat.

Comparens plus coram officio Actisque praesenti Castro Capitaneo Pra-
misliensi Nobilis Marcianus Swiechowski Sanus mens et corpo-
re exactus a Tertio Decembris foro iuris iurisdictionis suae qui-
busque et competentibus Praesentibus vero Iurisdictionibus Castri
Castri Praemisliensis se cum successoribus bonis suis quatenus omnibus
totali et plenarie incorporatum et subiciendum publice ac libere
recognovit quia ipse bona sua propria et hereditaria
infrascripta videlicet certam sortem agri nuncupatam Pod-
Sadocianae Miedzykrinichami cum aedificio ibique
in villa Dolhodlaka iacentem in Terra et Decimo praesentem Praemi-
sliensi possessionem cum omni eorum bonorum iure dominio et proprietate ti-
[illegible] cum omnibus et singulis eorum utilitatibus fructibus

proventibus redditibus emolumentis obventionibus attinentiis pertinentiis
et adiacentiis quatenus universis nullis exceptis nec prosit successo-
ribus suis aut quoniam alio reservatis sed omnibus in genere et
singulis in specie comprehensis generi per speciem et e contra
in nullo derogantibus verum ita late longe circumferentialiter prout
se praefatorum bonorum hereditas in suis metis et limitibus extendi-
tur et extenditur. Et prout eam sortem dicti agri ipsemet re-
cognoscens tenuit habuit possedit ipsumque concernebat ac eidem
serviebat Iam ex nunc et de facto Nobili Simoni Swiechow-
ski eiusque posteris dedit donavit inscripsit et resignavit
prout praesentem dat donat inscribit et resignat perpetuo ac in
aevum irrevocabiliter Etiam ex nunc memoratus recognoscens
Eidem supradicto donatario suo ipsique posteris in bona supradicta
praesentem per se recognitam ipsi donata dat et admittit coram
officio praesenti realem intromissionem et aequalem pacificamque posse-
ssionem per Mlem quecumque Regem Ecclesiae et Nobilem duorum
quandocumque voluerit officiosam acceptam Peritum donata-
rium suum eiusque successores bona supradicta sibi praesentem do-
nata cum omnibus eorum utilitatibus tenendum habendum et possidendum
ad suos et suorum successorum quorumvis beneplacitos prout
libere et effectualiter convertendum pro eorum tempore Debet
et tenebitur memoratus recognoscens prout se ac suos successo-
res in et sub bonis suis quatenus omnibus ac praemissis pecu-
niariis quibusvis inscribit et obligat supradictum Mlem Simo-
nem Swiechowski donatarium suum ipsique posteris indicatis
bonis ipsi praesentem donatis et rationem eorundem ab omni et
quavis impetitione iuricam quarumcumque personarum sexus status
et condonationis cuiusvis exactionum in omni Iudicio et officio Regni
exoriendum eodem praescriptione Terrestri tales quoties opus fuerit
tueri defendere evincere eliberare et interedere inde-
mnemque cum posteris reddere necnon bona supradicta ab
omnibus in genere eius et insponsionibus prius et posteriori in
eisdem bonis cuipiam antehac facta et faciendum lucrum deni-
et pluribus processibusque iuris quibusvis in quoscumque praecio et gra-
du iuris defendendum in quovis Iudicio et officio Regni perducendum
et producendum emundare et eliberare mundaque et libera semper
facere et reddere Ac etiam intromissionem praefatam coram
officio praesenti admissam in Iudicio dictorum bonorum dum Mlem
et Nobilem officiosam requiratur non denegare imo tenebitur eandem
libere dare et admittere datamque et admissa possessionem